17 Paſsio Chriſti ratione defectus humani cauſat in nobis dolorem & triſtitiam, ſed ratione benignitatis Dei cauſat lætitiam, 22. *q.* 82. 4. *ad* 1.

18 In Chriſto fuit verus dolor ſenſibilis, 3. *q.* 15. 5. *o.* item *q.* 46. 6. *c.*

19 Dolor Chriſti in paſsione pervenit uſque ad rationem ſuperiorem, 3. *q.* 46. 8. *o.*

20 Non impediebat delectationem fruitionis ejus, nec é converſo, 3. *q.* 15. 5. *ad* 3. item 6. *c.* item 9. *ad* 3. item *q.* 46. 6. *c.* fin. item *ad* 2. item 8. *c.*

21 Interior & exterior fuit maximus, 3. *q.* 46. 6. *o.* & *q.* 48. 2. *c.*

22 Chriſtus doluit pro omnibus peccatis ſimul, 3. *q.* 46. 6. *ad* 4.

23 Magis dolebat de miſeriis noſtris, quam de paſsione ſua, 3. *q.* 46. 6. *ad* 4.

24 Fuit major dolore cujuſcumque contriti, 3. *q.* 46. 6. *ad* 3. item *ad* 4.

25 Fuit major dolor Adæ, ſi paſſus fuiſſet in innocentia, 3. *q.* 46. 6. *ad* 3.

26 Dolor & trititia nullo modo ſunt in Deo, 1. *q.* 20. 1. *ad* 2.

27 Mater Chriſti peperit ſine dolore & cum maxima jucunditate, 22. *q.* 164. 2. *ad* 3. item 3. *q.* 35. 6. *o.*

28 Beati non dolent de malis quæ fecerunt, 12. *q.* 59. 3. *ad* 1. item 3. *q.* 84. 8. *c.*

1 Dolus proprie accipitur tantum in malo, ſed abuſive in bono, 22. *q.* 55. 4. *ad* 1.

2 Dolus principaliter eſt in verbis, 22. *q.* 55. 4. *ad* 2. item 5. *c.*

3 Fit tripliciter, ſcilicet corde, ore, & opere. Sed fraus proprie eſt tantum in factis, 22. *q.* 55. 4. *ad* 2. & 5. *c.* & *q.* 111. 3. *ad* 2. & *q.* 118. 8. *c.* *ad* 2.

Dominatio ſignificat tria, ſcilicet libertatem rigidam, & inflexibilem gubernationem, & appetitum, & participationem veri dominii, 1. *q.* 108. 5. *ad* 2.

Dominationes præcipiunt, poteſtates ordinant, & principatus dirigunt, 1. *q.* 108. 5. *ad* 3.

1 Dominicus: poteſt prædicari de qualibet re Chriſti, non autem de homine Chriſto, 3. *q.* 16. 3. *o.*

1 Deus eſt principium & finis, & eſt realiter Dominus omnium, quia creatura ſubjicitur ei realiter, 1. *q.* 13. 7. *ad* 5. & 3. *q.* 35. 5. *c.*

2 Dominium convenit Deo realiter ab ęterno, quoad poteſtatem, non autem quoad relationem. Sed fundamentum relationis dominii eſt poteſtas, 1. *q.* 13. 7. *ad* 1. & *ad* 6. & 8. *ad* 1.

3 Sola creatura rationalis habet dominium ſui actus, 12. *q.* 1. 2. *c.* & *q.* 6. 2. *ad* 2. & *q.* 15. 2. *c.*

4 Homo eſt dominus ſuarum operationum, per intellectum & voluntatem, 12. *q.* 1. 1. *c.* & *q.* 6. 2. *ad* 2. item *q.* 21. 2. *c.* & *q.* 109. 2. *ad* 1. & 22. *q.* 158. 2. *ad* 3.

5 Sumus domini noſtrorum actuum, ſecundum quod poſſumus hoc, vel illud eligere. Ideo non ſumus domini appetitus ultimi finis, 1. *q.* 82. 1. *ad* 3.

6 Homo in ſtatu innocentiæ, habuiſſet dominium ſuper alia animalia imperando & utendo libere, non autem ſuper angelos, 1. *q.* 96. 1. 2. *o.*

7 Nec habuiſſet dominium ſervile ſuper homines, ſed dominium liberorum, 1. *q.* 92. 1. *ad* 2. & *q.* 96. 4. *o.* item 22. *q.* 164. 2. *c.* *ad* 1. & *q.* 189. 6. *ad* 2.

8 Dominium & prælatio introducta ſunt ex jure humano, 22. *q.* 10. *c.* & *quæſt.* 11. 2. *c.*

9 In ſimonia transfertur dominium, non autem in furto, nec in rapina, nec in uſuris, 22. *q.* 78. 3. *c.* *ad* 3.

Domus non eſt unum ſimpliciter, ſed aggregatione. Nec forma ejus quæ eſt compoſitio vel ordo, dat eſſe & ſpeciem toti, & cuilibet parti ejus, 1. *q.* 76. 8. *c.*

Donatus hæreticus rebaptizans eſt condemnatus in concilio Toletano, 3. *quæſt.* 66. 8. *c.*

Donec quandoque ſignificat tempus certum, quandoque vero tempus infinitum, 3. *q.* 28. 3. *ad* 3.

1 Donum eſt proprium nomen Spiritus Sancti, 1. *q.* 38. 2. *o.*

2 Eſt nomen perſonale in divinis, 1. *q.* 38. 1. *o.*

3 In nomine doni importatur proprietas originis Spiritus Sancti quæ eſt proceſsio, 1. *q.* 38. 2. *ad* 2.

4 Importat diſtinctionem perſonalem, ſecundum quod eſt alicujus, ſecundum originem. Sed Spiritus Sanctus dat ſe ſecundum quod eſt ſui ipſius, 1. *q.* 38. 1. *ad* 1.

5 Dicitur tripliciter, ſcilicet per identitatem, ſecundum originem, & ſecundum ſubjectionem. Primo modo convenit eſſentiæ Dei, ſecundo perſonis, tertio creaturis tantum, 1. *q.* 38. 1. *ad* 1. & *ad* 2. item *ad* 3.

6 Spiritus Sanctus eſt ratio omnium donorum Dei, quorum principium eſt voluntas Dei, 1. *q.* 38. 2. *o.* & *q.* 43. 5. *ad* 1.

7 Omnia dona ſub ratione doni manifeſtant Spiritum Sanctum. Sed ſecundum ſpeciem doni aliqua dona manifeſtant filium, ut ſapientia, & ſcientia, 1. *q.* 43. 5. *ad* 1.

8 Dona Spiritus Sancti ſunt tantum ſeptem, ſcilic. ſapientia, intellectus, conſilium, fortitudo, ſcientia, pietas, & timor domini, 12. *q.* 68. 4. *o.* & 22. *q.* 8. 6. *o.* & *q.* 45. 2. *ad* 3.

9 Et numerantur partim ſecundum dignitatem eorum, & partim ſecundum materias, 12. *q.* 68. 7. *o.*

Cir-

10 Circa materias omnium virtutum oportet eſſe aliquod de ſeptem donis, 12. *q.* 68. 4. 7. *c.* & *q.* 69. 1. *ad* 3.

11 Septem dona perficiunt hominem, ut ſequatur motum Dei; virtutes autem perficiunt, ut ſequatur motum rationis, 12. *q.* 68. *o.* & *q.* 69. 1. *c.* & 22. *q.* 8. 5. *c.* item *q.* 19. 9. *c.* & *q.* 52. 1. 3. *c.* & *q.* 121. 1. *c.* & *q.* 139. 1. *c.* & 3. *q.* 7. 3. *c.* *ad* 1.

12 Sunt priora virtutibus intellectualibus, & moralibus, ordine perfectionis, & dignitatis, ſed é converſo ordine generationis, & diſpoſitionis, 12. *q.* 68. 8. *ad* 2.

13 Et ſunt dona Spiritus Sancti, ſecundum quod charitate informantur. Ideo eis nullus male utitur, 12. *q.* 68. 8. *ad* 3.

14 Excellunt omnes virtutes morales, & intellectuales, ſed excelluntur à virtutibus theologicis, 12. *q.* 68. 1. 8. *o.* & *q.* 69. 1. *ad* 1. item 22. *q.* 9. 1. *ad* 3. & *q.* 19. 9. *ad* 4. & *q.* 81. 2. *ad* 1.

15 Præſupponunt tres virtutes theologicas, ſicut quaſdam radices, ad quas pertinent, ſicut & earum derivationes, 12. *q.* 68. 4. *ad* 3. & 8. *c.* *ad* 3. & 22. *q.* 19. 9. *ad* 4. & *quæſt.* 139. 2. *ad* 2.

16 Sunt principia virtutum intellectualium, & moralium, 22. *q.* 19. 9. *ad* 4.

17 Omnia ſeptem dona ſunt connexa, quia habens unum habet omnia, & charitatem, & è converſo, 12. *q.* 68. 5. *o.* & 22. *q.* 19. 9. *c.* & *q.* 139. 1. *ad* 2. item 3. *q.* 7. 5. *ad* 3.

18 Sunt in omnibus viribus hominis in quibus ſunt virtutes, 12. *q.* 68. 4. 5. 7. *c.*

19 Tria ſunt in parte appetitiva, ſcilicet donum fortitudinis, pietatis, & timoris; reliqua vero in parte cognoſcitiva, 22. *quæſt.* 8. 6. *c.*

20 Dona quorum unum dirigit alterum, combinantur ſimul, 12. *q.* 68. 7. *ad* 4.

21 Sunt habitus in anima, 12. *q.* 68. 3. *o.*

22 Sunt neceſſaria ad finem ſupernaturalem, non autem ad finem naturalem, 12. *quæſt.* 68. 2. *o.* & 3. *ad* 1. item *ad* 3.

23 Habent duplices actus, unum in via, & alium in patria, 12. *q.* 68. 6. *ad* 2.

24 In patria habebunt actus ſuos circa ea quæ pertinent ad vitam contemplativam, non autem circa ea quæ pertinent ad vitam activam, 12. *q.* 68. 6. *ad* 3.

25 Manent in beatis ſecundum eſſentiam, non circa idem nec cum eodem actu, 12. *q.* 68. 6. *o.* item 22. *q.* 8. 7. *o.* item *q.* 139. 1. *ad* 2. item 3. *q.* 7. *ad* 3.

26 Dona Dei ſecundum diverſas rationes emanant à bonitate, miſericordia, liberalitate, & juſtitia, 1. *q.* 21. 3. *c.* item 22. *q.* 31. 1. *ad* 2. item *ad* 3.

27 Præcipuum omnium donorum Dei fuit filius ejus, 12. *q.* 102. 3. *c.*

28 Remiſsio peccatorum eſt majus donum Dei, quam innocentia ex parte recipientis, ſed è converſo ex parte dati. Ideo pœnitens magis tenetur ad gratiarum actiones, quam innocens, 1. *q.* 20. 4. *ad* 4. item 22. *q.* 106. 2. *o.* item 3. *q.* 88. 2. *ad* 3. & *q.* 89. 2. *ad* 3.

1 Dormiens quandoque ſyllogizat, licet ſemper cum aliquo errore, 1. *q.* 84. 8. *ad* 2. item 22. *q.* 154. 5. *ad* 2.

2 * Interdum ſimilitudinibus rerum inhæremus, ſicut rebus ipſis, ut patet in dormientibus, 1. *quæſt.* 55. 5. *ad* 3. fin. item 22. *q.* 154. 5. *c.*

1 Dotes animæ ſunt tres, ſcilicet viſio, fruitio, & comprehenſio. Et dotes corporis ſunt quatuor, ſcilicet ſubtilitas, agilitas, claritas, & impaſsibilitas, 1. *quæſt.* 12. 7. *ad* 1. & 3. *q.* 45. 1. *ad* 3.

2 Dotes corporis procedunt ex virtute animæ glorificatę, ſecundum quod anima cauſat quatuor in corpore, ſcilicet eſſe ſubſtantiale, vires, formas ſecundarias, ſcilicet accidentales, & motum expeditum, 3. *q.* 28. 2. *ad* 3. item *q.* 45. 2. *c.*

5 Chriſtus ante reſurrectionem non habuit dotes corporis ſecundum habitum, ſed tantum actus ſupernaturaliter, contra Ugonem de Sancto Victore, 3. *q.* 28. 2. *ad* 3. item *q.* 45. 1. *ad* 3. item 2. *o.* item *q.* 81. 3. *c.*

4 Aliquibus donis, quæ à Theologis dotes appellantur, ornabuntur beati in paradiſo, s. *q.* 95. 1. *o.*

5 Beatitudo, & dos realiter inter ſe differunt, s. *q.* 95. 2. *o.*

6 Si Chriſto aliquo modo competat habere dotes, non ita proprie ſicut aliis ſanctis competit, cum tamen ea quæ dotes vocantur, excellentiſsime ei conveniant, s. *q.* 95. 3. *c.*

7 Dotes proprie non competunt angelis, ſicut & hominibus, ſed metaphorice, s. *q.* 95. 4. *o.*

8 Convenienter tres aſsignatæ ſunt animæ dotes, ſcilicet viſio, quæ fidei, comprehenſio quæ ſpei, fruitio quæ charitati reſpondet, s. *q.* 95. 5. *c.*

1 Dubitatio dicitur dupliciter, ſcilicet, motus rationis ſupra utramque partem contradictionis, cum formidine determinandi alteram partem ejus, & formido affectus ad aliquod terribile ſuſtinendum. Prima non fuit in Chriſto, ſed ſecunda, non ſecundum rationem, ſed ſecundum ſenſualitatem, 3. *quæſt.* 18. 4. *ad* 1. item *ad* 2.

2 Non poteſt eſſe in Deo, nec in angelis, 3. *q.* 18. 4. *ad* 1.

3 Duplex, ſcilicet infidelitatis, & admirationis. Secunda fuit in Matre Chriſti, non autem prima, 3. *q.* 27. 4. *ad* 2. & *q.* 30 4. *ad* 2.

4 Dubia de perſonis debent in meliorem partem interpretari determinando, de rebus

au-

autem in partem veriorem, ſupponendo, 22. q. 60. 4. o.

Duellum eſt illicitum. Et magis convenit ei ratio ſortium, quam judicium cum ferro candenti. * Judicia tamen hujuſmodi ſunt prohibita, quia ſunt de occultis, quæ divino judicio reſervantur, 22. q. 95. 8. ad 3.

Dulcedinem ſuam à bonis Deus quandoque abſcondit, ut eam ardentius quærant, 12. q. 112. 5. c.

1 Dulia eſt honor, & ſervitus debita creaturæ, ſed latria eſt honor, & ſervitus debita ſoli Deo; ideo differunt ſpecie, 22. quæſt. 103. 3. o.

2 Dulia ſumitur dupliciter, ſcilicet communiter, ut exhibet reverentiam omni homini, ratione cujuſcumque excellentiæ; vel proprie, ſcilicet, tantum ut reverentiam exhibent ſervi domino. Prima habet diverſas ſpecies ſecundum diverſitatem excellentiæ, ut pietatem, obſervantiam, & hujuſmodi; non autem ſecunda, ſed eſt ſpecies obſervantiæ, quæ eſt ad omnes dignitate excellentes, 22. q. 103. 3. c. item 4. o.

1 Duo dicitur, quaſi habens dualitatem non in alio, ſed in ſeipſo, de quo prædicantur duo, 3. q. 17. 1. ad 6.

2 Duo aliquando pro uno accipiuntur, 1. q. 70. 1. c.

3 Unum aliquando habet vim duorum, 1. q. 39. 2. c. ad 4.

1 Duplicitas cordis eſt aliud oſtendere, & aliud intendere, 22. q. 109. 2. ad 4. & q. 111. 3. ad 2.

2 Ut eſt vertibilitas animi ad diverſa, eſt aliquid conſequens ad luxuriam, ſicut & inconſtantia, 22. q. 53. 6. ad 2.

1 Durationis protenſio videtur attendi ſecundum operationem, magis quam ſecundum eſſe, ſicut & tempus eſt numerus motus, 1. q. 10. 1. ad 2. fin.

2 Duratio pœnæ reſpondet culpæ ex parte maculæ, & non ex parte actus, 12. quæſt. 87. 4. ad 3.

3 Non reſpondet durationi culpæ, nec in judicio divino, nec humano, 12. quæſt. 87. 3. ad 1.

4 Duratio Dei, æternitas, & eſſentia ejus, ſunt eadem res, 1. q. 10. 2. o.

Durities eſt in ſacramento Euchariſtiæ, ſine materia, 3. q. 77. 7. ad 2.

E

1 EAdem eidem ſunt eadem inter ſe, tunc ſolum, quando in tertio ſunt eadem re, & ratione, 1. q. 28. 3. ad 1.

1 Ebrietas dicitur dupliciter, ſcilicet defectus rationis ex nimio potu vini, & actus cauſans eum. Secunda eſt peccatum, non autem prima, 22. q. 150. 1. o.

1 Ebrietas neſcientis potentiam vini non eſt peccatum; ſcientis autem, ſed non credentis inebriari, eſt peccatum veniale: Aliter vero eſt peccatum mortale, 12. q. 88. 5. ad 1. & 22. q. 150. 1. 2. o.

3 Dans vinum prono ad ebrietatem ſcienter peccat, 22. q. 150. 1. ad 2.

4 Ebrietas eſt ſpecies gulæ, diviſa contra comeſſationes, 22. q. 150. 1. c.

5 Non eſt graviſsimum peccatorum, 22. q. 150. 3. o.

6 Voluntaria in ſua cauſa non excuſatur totaliter à peccato, nec totaliter excuſat ſequens peccatum, 12. q. 77. 7. c. ad 3.

7 * Ebrietas ſine peccato tollit totam culpam actus ſequentis, ſicut forte accidit de Loth, & Noe, 22. q. 150. 1. 4. c.

8 Loth culpandus eſt, non quantum ille inceſtus, ſed quantum ebrietas meruit, 22. q. 150. 4. c. fin.

9 Ebrietas cum peccato diminuit culpam actus ſequentis, inquantum diminuit voluntarium, 12. q. 76. 4. ad 2. item ad 4. item 22. q. 150. 4. o.

10 Vitium contrarium ebrietati eſt peccatum, ſcil. abſtinere à vino, in magnum gravamen naturę ſcienter. Et caret nomine, 22. q. 150. 1. ad 3.

11 * Ebrius homicida meretur duplices maledictiones, propter duplex peccatum. Vel ſecundum legem Pittaci, qui id ſua lege ſancivit, non reſpiciendo ebrioſi veniam, ſed utilitatem, contra quam ebrius peccat, 12. q. 76. 4. ad 4. & 22. q. 150. 4. ad 1.

1 Eccleſia dicitur dupliciter, ſcilicet militans, & triumphans, 3. q. 68. 9. o.

2 Corpus Eccleſię myſticum conſiſtit ex hominibus, & Angelis, ex viatoribus, & beatis, 3. q. 8. 4. c. ad 2.

3 Una eſt Eccleſia omnium fidelium novi, & veteris teſtamenti. Nec ſynanoga fuit concubina, ſed vera ſponſa, & uxor Chriſti, 3. q. 8. 3. ad 3.

4 Decor Eccleſiæ principaliter conſiſtit in interioribus, ad quem etiam actus exteriores pertinent, inquantum ab interiori decore progrediuntur, vel ipſum conſervant, 12. q. 101. 2. c. ad 3.

5 Eccleſia poteſt condere legem in pertinentibus ad cultum Dei, & ad ſubjectionem infidelium, & rerum ſuarum, 22. q. 10. 10. c. item q. 66. 8. ad 2.

6 Solus Chriſtus fundavit Eccleſiam, cujus miniſterium commiſit Petro, & ſucceſſoribus ejus, in ædificationem, & non in deſtructionem, 22. q. 88. 12. ad 2.

7 Nullus prohibetur ingredi Eccleſiam, & audire verbum Dei uſque ad miſſam cathecumenorum, 3. q. 83. 4. ad 4.

8 In caſu neceſsitatis licet vendere aut emere terram, ubi quondam fuit Eccleſia, 22. q. 100. 4. ad 1. & ad 2. & ad 3.

1 Eccleſiaſticus liber pertinet ad legem veterem, 22. q. 16. 1. ad 5.

2 Eccleſiaſticus liber non computatur inter Canonicas Scripturas apud Hebræos, 1. q. 89. 8. ad 2.

Eclypſis apparens in Paſſione Chriſti fuit quintupliciter miraculoſa, ſcilicet primo, quia ſecundum Dionyſ. & Aſtrologos naturalis eclypſis Solis, per interpoſitionem Lunę, numquam accidit, niſi tempore conjunctionis Solis, & Lunæ, quæ tunc non fuit. Secundo, quia cum circa horam ſextam Luna fuiſſet ſimul cum Sole in medio Cæli, in veſperis apparuit in ſuo loco, ideſt, in oriente oppoſita Soli. Tertio, quia tunc Luna jam pertranſierat Solem, & diſtabat quaſi per medietatem circuli, in oppoſitione exiſtens. Quarto, quia tunc Luna miraculoſe ab oriente verſus occidentem rediens, non pertranſivit Solem, ut eſſet eo occidentalior; ſed poſtquam pervenit ad terminum ſolis, reverſa eſt verſus orientem. Quinto, quia ſecundum Chryſoſtomum, tribus horis tunc tenebræ remanſerunt, cum eclypſis Solis in momento pertranſeat, 3. quæſt. 44. 2. ad 2.

Educi de potentia, eſt fieri in actu, quod prius erat in potentia; & dependet à materia, & fit per agens naturale, 1. q. 90. 2. ad 2.

1 Quilibet effectus Dei eſt æqualiter á tota Trinitate, 1. q. 32. 1. c. item 3. q. 23. 2. c.

2 Omnis effectus repræſentat aliqualiter cauſam ſuam, 1. q. 45. 7. c.

3 Nullus effectus eſt ſpecies ſuæ cauſę, 22. q. 110. 1. c. fin. item ad 3.

4 Omne ſignum corporale eſt effectus ſignati, vel procedit ab eadem cauſa, 22. quæſt. 95. 5. c.

5 Effectus poſitivus prior eſt effectu privativo, ordine formæ, ſed ordine materię eſt é converſo, 3. q. 62. 6. ad 3. & q. 70. 4. c.

6 Impoſsibile eſt quod illud quod eſt per accidens, ſit effectus per ſe alicujus virtutis cæleſtis, vel alterius agentis naturalis, 1. q. 116. 1. c. item 22. q. 95. 5. c.

1 Ægritudo non eſt pura privatio, ſed dicit humores inordinate diſpoſitos, 12. q. 82. 1. ad 1.

2 Non eſt æqualiter in omnibus, ſicut nec cauſa ejus, 12. q. 82. 4. ad 2.

1 Electio pertinet determinate ad unam potentiam, ſcilicet ad voluntatem, 1. q. 83. 3. c.

2 Electionem rectam agit ſola virtus, quæ eſt in parte appetitiva, 12. quæſt. 58. 1. ad 2. item 4. c.

3 Electio ſequitur inquiſitionem, in hominibus tantum, 1. q. 22. 1. ad 1. item q. 59. 3. ad 1. item q. 6. 2. ad 1. item 3. q. 8. 4. ad 2. & q. 34. 2. ad 2.

4 Eſt tantum de poſsibili, 12. q. 13. 5. o.

5 Non eſt de ultimo fine, ſed tantum de iis, quæ ſunt ad finem, 1. q. 82. 1. ad 3. & 12. q. 13. 3. o. item 4. 6. c. & 22. q. 24. 1. ad 3. item q. 33. 1. ad 2. item q. 47. 1. ad 2. item 3. q. 18. 4. c.

6 Eſt tantum de actibus humanis, vel de alia re cum actu humano, 12. quæſt. 13. 4. o. item 5. c.

7 Ad bonam electionem requiruntur duo, ſcilicet intentio debiti finis per virtutes morales, & recta pręacceptio eorum quæ ſunt ad finem per prudentiam, 12. q. 56. 4. ad 4. it. q. 57. 5. c. item q. 58. 4. c. item 22. q. 47 1. ad 2. item q. 54. 2. c.

8 Intentio, & electio differunt, quia prima eſt reſpectu finis, ſecunda vero eſt eorum quæ ſunt ad finem, 12. q. 13. 4. c.

9 Judicium liberi arbitrii eſt actus electionis, 1. q. 83. 3. ad 2.

10 Homo nihil eligit de neceſsitate, ſed libere, 1. quæſt. 115. 4. c. item 12. q. 13. 6. c. item 22. q. 104. 1. c.

11 Homo eſt liberi arbitrii in eligendo, non autem in proſequendo reſpectu omnium, 1. q. 83. 1. ad 4.

12 Electio convenit Chriſto, 3. q. 11. 3. ad 1. item q. 18. 4. o. & q. 34. 2. ad 2.

13 Convenit Deo reſpectu creaturarum, non autem reſpectu ſui, 3. quæſt. 18. 4. ad 1. item ad 2.

14 Electio Dei eſt etiam non entium, non autem noſtra, 1. q. 23. 4. ad 2.

15 Quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat, & diſponit, ut idonei ſint ad illud, 3. q. 27. 4. c.

16 Dilectio Dei eſt prior electione, ſed in creaturis eſt è converſo, 1. q. 23. 4. c. ad 2.

17 Omnes prædeſtinati ſunt electi à Deo, & dilecti, 1. q. 23. 4. o. item q. 24. 1. c.

18 Electio Dei præcedit prædeſtinationem, quia prędeſtinatio Dei eſt actus voluntatis abſolutæ conſequens ordinem electionis, 1. q. 23. 4. c. ad 2.

19 Electio ad prælationem ſufficit quod nihil inveniat in ſe, per quod ei fiat illicitum illud officium, 22. q. 185. 3. c.

20 in foro contentioſo ſufficit quod electus ſit bonus. Sed in foro conſcientiæ requiritur quod ſit optimus, vel ſimpliciter, vel ad regimen, 22. quæſt. 63. 2. c. ad 3. item quæſt. 185. 3. o.

21 Electus de gremio Eccleſiæ, ut in pluribus conſuevit eſſe utilior ad bonum commune, quia magis diligit Eccleſiam, in qua nutritus eſt, 22. q. 63. 2. ad 4.

22 Prælatus non eligitur quaſi in hæreditatem, ſed ut diſpenſator. Ideo non oportet eligi propinquiorem, 22. quæſt. 63. 1. c. 2. ad 1.